



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Barbara V. & M. 4. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Sed nec urbe pulsus à civibus suis animum despon-
dit. Quod tamen redux alienorem ab his ani-
mum ferret, visus est sibi noctu, cum inter Divo-
rum Episcoporum comitia locum vellet capessere,
aditu prohiberi, quod in veste cetera candidissi-
mâ unicam maculam præ pectore gestaret, quam
tamen ipsam mox una cum injuriæ memoriâ ex
animo delevit. Mortuus est anno M. LXXV, cum se
MARIAE unicè ac saepius commendasset. Cælum
nempe subiturus januam hujus pulsabat. Ex Surio.
Tamdiu quisque peccata sua ignorat, quamdiu cu-
riose aliena considerat: qui semet ipsum aspicit, non
querit in quo alios frequenter reprehendat, sed in se-
metipso, quod lugeat. S. Bern. I. de Inter. Domo.

S. BARBARA V. & M. 4. Decembbris.

NVlius tam a vitâ nomen ablusit, quam BAR-
BARA. Dioscorum habuit parentē Deorum
mancipium, ipsa Deo addicta. Matura, ob for-
mam, turri inclusa, libertate Christianâ, si um-
quam, est usa. Tersanctæ enim Triadi devota, ut
fidei radii splendidius animis illucerent, binis
fenestrâs tertiam superaddidit, balneum vero mul-
tâ cruce insignivit, gnara qui mentibus lavandis
ex hac fontes scaturirent. Interea cum stomacho
Dioscorus intelligit, filiam Christianam esse, &
ferro insequitur. Sed sinum, quo parens expule-
rat, mons prebuit disclusus. Et lubens thesaurum
hic occultasset, ni, qui miraculum viderat, inno-
centem oculam pastor nequam prodidisset.
Captam itaque filiam inaudito exemplo ad tri-
bunal pater rapit, cædi virginis viscera sua videt,
sanam à Christi manu iterum affligi, quin ubera
etiam castissimæ abscondi, non facturus, si bibisser
ubera.

übera. Hic novus filix suæ leno per urbem Iudibrio circumduci sustinet unâ verecundia rectam. Demum è tyranno carnifex suâ manu non barbaram filiam barbarissimus parens demerit. Sed carnificis carnifex fulmen fuit, quod in eodem loco scelus extinxit. Nunc BARBARA i. lis è calo opitulatur, qui, ne sine sacro epulo diem ultimum obeant, orant. Testis ejus rei locuples Stanislaus est sanctissimus è Societate IESV adolescentis; quem si amulabitur, rectè faciet adolescentia. Ex Baron.

Si quando senseris te ad aliquod terti peccatum, in mentem revocan nulli mortalium revocabile Christi judicium, omnium durissimam pœnam confusione sempiternam: hoc timore, quasi freno animam tuam ad uitiosam concupiscentiam proclivem prohibe. Ex Basil. in psal. 33.

S. SABAS ABBAS. 5. Decembri.

S Abam si spectasses, Imperatorem dixisse, ut qui monachorum exercitum non unum ducebat, viros omnes, quales vultu etiam se ferebant, cum ille imberbum in castra sua neminem admitteret. Sevientis fornacis flamas scribitur crucis signo extinxisse; feras & feris magè feros homines domuisse: Agarenum, qui fallaci animo accesserat, terræ hiaturi devovisse: templum cælo monstrante, in rupe alicubi repetisse: in genium malum ab ipso Christo armatus depugnasse, ab eodem nunc cibariis, nunc pecunii donatus. Iam leonem, qui medicam sabbæ manum expertus erat, ajunt asino custodem ducemque ad pascha fuisse tamdiu, quoad agaso luxurie fœda se contaminavit, tunc enim devorasse asinum.

Ipsum

6. D.
Ipsum
cum
verbis
immi-
stina
cœlo
qui ta-
rator
ticoru
celum
comiti

Ver-
videt
angu-
sit di-
fructu

S
M
diebu
noctu
suetud
crosau
paupe
glori
tribus
parab
stras
CHR
quieti
ex er
divino
pro li